


NUMMUS CASTRENSIS
HENRICI JUNIORIS, DUCIS
 Brunsvicensis, cusus post partam, de Alberto Brandenburgico, victoriam: Anno Christi 1553.



L Ristis omnino, plenaque funesti luctus pugna erat ad pagum Stivershusen 9. Julij Anni 1553. commissa: utpote in qua Albertus acie victus agrè-vasit: Mauritius victor globo trajectus biduo post expiravit: occubuerunt Carolus & Philippus Brunsvigi Duces, Henrici filij: Fridericus Dux Lunenburgensis vulnus lethale accepit, Cellamque deportatus, aliquot inde diebus expiravit. Sed ne sic quidem sanguinis humani satis hauserat Bel-lona saviens: oritur ex priore illo bellum recens ac novum: dum veterum offensorum memores Henricus Brunsvicensis, & Albertus Marchio pro se quisque colligunt atque restaurant copias. A re pecuniariâ laborabat Henricus: qua abundabat Albertus, mirantibus omnibus, unde illi tantum nervorum ad damnosum adeo bellum suppeteret. Ea res summas in angustias Brunsvicum redegit, tumultuante milite, & ob stipendia non persoluta jam propè ad Albertum, à quo interea sollicitabatur, deficiente. Sed peropportunè accidit, ut ab Episcopis & Noribergensibus pecunia submitteretur: cujus interventu, seditionis æstu residente, tempestas omnino conquievit. Duodecimo septembris Albertus Brunsvico suas educit copias, & cum in hostem incidisset quod fuit non procul ab urbe, manus conferit: funditur: quippe cum equitatu omni careret: Henricus autem ad viginti signa peditum haberet. Interea Albertus ab adverso proelio, in urbem Brunsvicum redit: verum ubi per indicem accepit, vi Henricus